



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Hilarion Abbas. 21. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

nifices dedisset, & denique in craticulam abjecta esset lento igne crucianda; vidit è specu sua, quā delitescebat, CAPRASIYS, manifestā in luce columbam cælo adventare, quæ & rore asperso ardores temperaret, & fertō longè pulcherrimo caput vietricis coronaret. Puduit vinci à virginine, & latere jam noluit, si talem se femina proderet. Abiectus proinde in preces oravit; si celo placeret etiam virum in pugnam prodire, vellet, juberet, eo in loco fontem enasici sanguinem se daturum, si aquam spelunca. Et dedit hæc aquam, sed quæ CAPRASIO cruentam sitim accendit. Hanc ut poneret, in urbem & in theatrum ad tyrannum properare, & jam palam ostendere, non frustrà tamdiu in pulvere privato exercuisse scelus; denique non modò inter omnia tormenta sibi constare, sed & longè plurimos alios in eamdem sententiam pertrahere, quibuscum omnibus capite ultimò truncatus effect, ut exiguus aquæ fons in flumina sanguinis excresceret. Ex Surio.

Ad evitandas diabolica pugne molestias audenter assurgimus, si necessitatis ultima periculum provide pertractemus, Nam si repentinus ille aigue terribilis adventus Christi perpenditur, quid erit in mundo, ubi mens humana vel despiciens delitetur? S. Pet. Dam. I. 7. ep. 19.

S. HILARION ABBAS. 21. Octobris.

M

Vltum puer HILARION in ludo literario, plus apud D. Antonium in religiosa schola profecit. Itaque anno ætatis XV. cœlesti philologia jam plenus, jamque yates, pectora hominum inspexit, absentia & longè post futura multò ante vidi. Mox magister etiam ipse sanctioris sapientia, fidei dogmata multos, multos mundi con-

2. Octobris. VITA SANCTORVM. 515
n abje-
ecu suā,
i in luce
asperso
herimo
à virgi-
prode-
fi calo-
vellet,
in mem-
aquam,
ccendit-
ad ty-
e, non
se sepe;
ta hibi
amdem
is capi-
uae fons
udenter
um pro-
e sique
niderit
delatit-
bris.
erario;
schola
philoso-
minimū
rō ante
sapien-
di con-
mptua

temptum edocuit. Asellum suum (ita corpus fa-
miliari convitio appellabat) calcitrante non
bordeo (ut ipse dicere solebat) sed paleis sustenta-
bat, hoc est, fame, siti, labore edomabat. Latrones
vix meditantes inferre viro, cælum errore viarum
abductos; totâ nocte delusit. Ipse quoque dæmo-
num ludibria non semel impunè risit ; quin Plu-
tonem quandoque cum curru suo per terræ hia-
tum ad inferos redire compulit, irridendum etiam
fuis tunc puto, utpote sine Proserpinâ, quam spe-
ra verat, reducem. Iam sèpiùs ex humano domi-
cilio eumdem proscriptis, non ita tamen, quin vir-
ginem gravibus verbis castigaret obsidione jani-
libetam, quod pro pudore non excubans aditum
demoni Amori fecisset. Porro terram triennio si-
tientem pluviam beatâ recreavit. Cruce serpentum
mosus exarmavit. Draconem coëgit structum
rogum descendere, & suâpte sponte victimam
igni se dare. Talis tamen ac tantus mori timuit, &
moriturus animam suam ita alloqui est auditus,
Quid egredi anima, quid times ? septuaginta ipsos
annos Christo mares, & mori times ? Audi hæc
orbis : Hilariones timent mori. Nos, ah ! quali
morbo prisu emorimur. Ex D. Hieron.

Va hominibus injustis, va impudentibus, va
delicias & voluptates factantibus, va superbis. Im-
piso enim mortis articulo & angustiis inferni suo
articulo discent Dei timore nihil esse præstantius.
S. Ephrem de Vita spirituali.

S. MALCHVS CONF. 21. Ottobris.
N On latuit MALCHVM thesaurum esse virgi-
nitatem, tot prædonibus quot oculis exposi-
tum. Quare ut in tuto hunc collocaret, secum ia-
silys.